



**De Vita Et Rebus Gestis Christophori Bernardi Episcopi Et  
Principis Monasteriensis Decas**

**Alpen, Johann von**

**Coesfeldiae, 1694**

81. Suppetiæ ex Galliæ.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-68495](#)

mixtæ, adhuc Oceano innatabant. Non ces-  
sabat in Zutphaniis, ac Transsalanis timor, à  
numero subactarum tot arcium & oppido-  
rum præsidio. In Groninganis ardebat Vca-  
legon. Vastari suas quique Provincias ge-  
mebant; & nutantibus etiam amicis exter-  
num quæri subsidium, ipso fortassè malo pe- *Eorum*  
jus. Jam annitente Waldeckij Comitis o- fædus  
perà cum Principibus Brunsuico-Lunenburgicis *cum Lu-*  
Ordines fædus icerant, peditum octies, equi naburgi-  
tum verò quater mille pacti. *cis.*

In Franciâ Beuningius Reip. Orator ( vir 81.  
Consularis, & tunc vix ulli in Belgio secun- *Suppetia*  
dus ) aures quotidiè Regis pulsat, ut lege fœ- *ex Gal-*  
deris suppetiæ mittantur. Et Rex quidem, *lia.*  
ut anteà dixi, non unâ de causâ in id satis pro-  
pendebat. Jamque subsidio Batavorum de-  
finarat duo equitum , ac quatuor peditum  
millia, selectum militem, *Pradelio* Duce; &  
in eo tantùm laborabat, quâ commodiore viâ  
in Confœderatum Belgium ducerentur. Nam  
Hispani , quem ante Britannis negaverant  
transitum, auxilia Monasteriensi parantibus,  
non posse nunc , ajebant, Gallis concedi fa-  
vore Batavorum, sinè offensa *Caroli* Regis.  
Sed & *Philippum* Monarcham suum opportu-  
nè jam Cæfarem monuisse, ut Bellum hoc au-  
thoritate sua quantocyùs sopiret. Effectum  
hunc priùs expectari oportere. Ea Hispani-  
orum difficultas primam augebat suspicio-

Yy

nem

1665.

nem *Ludovico Regi*, ut vel propterea major etiam studio Colonensem Octovirum & Neoburgicum Ducem à Monasterensi diraverteret ; & illum sollicitaret, cuius permisus *Tardius* Leodiensem Principatum transirent copiæ auxiliares. Et quamvis eam Gallorum primititudinem, deinde viarum ambages, Battivi dolum interpretarentur, excepti tamen finibus *Eburonum* à Reip. Delegatis, die tandem Novembris vigesima prima, *Neomanum* appulerunt. Ubi *Vahalin* & *Arnhemum* Renum træcti, *Velaviam* ingrediuntur, & pagis ad *Isala* ripam tantisper conserdere. Usque mox Rep. ut in Diœcesin Monasterium arma incurrantur, *Pradelius* hyemem causatur importunum bellandi tempus ; hybernant nunc, sub Ver in hostem contendendum. Dies aliquot ea tergiversatio trahebat. Ordines Confœderati moræ impatiens, morosiores porrò sint Galli, suis imperanti soli ut in hostem agant. At Delegati Campestres hæc facilius *Hage* concipi, quam in Campo fieri régerunt ; & multa sane decide expeditioni. Debere triticum, quale non in *Gelria*, nec *Transalania* prostaret, ex Urbibus Hollandiæ ad castra vehi. Curari quater mille paria calcorum & caligarum pediti Gallico. Ad hæc desiderari curus, à Provinciis *Hollandia* & *Utrecht*, supra iacentos. Nec in Castris esse murales machi-

Et ju-  
vant.

ea major  
ovirum  
riensi  
is permitti  
copiz  
um prim  
ges, Bat  
i tamen  
is, die tam  
Neoma  
hemy Ra  
tur, &  
erdere. U  
nastericu  
i caufiu  
bernardus  
ndum q  
bat. O  
ientes,  
imperia  
gati Can  
quam in  
ane decelle  
quale no  
t, ex Ur  
Curari  
caligarum  
i curris, a  
suprafe  
les machi  
1124

nas, aut mortaria; nec globos, pilasque iis  
accommo<sup>da</sup>tas. Quæ cum serius omnia cu-  
rarentur, quanto vehementius urgebant Or-  
dines, ut in hosticum moverent, tanto lentiū  
festinabatur.

1665.

Jusso demùm Kalendis Decembris utro- 82.  
que exercitu *Isalam* trajicere, & militibus Gallo-  
quatridui cibaria ferre secum, ex Gallicis rum ter-  
Commissariis non-nemo *Zutphaniam* advo- giversa-  
lat, ubi Campestres Delegati morabantur, & *tis.*  
annonam præmitti monet; nec enim pedem  
moturos antè auxiliares, nisi de sufficiente pa-  
ne, cerevisia, carne & avena certi sint, & ea  
quolibet die in hospitiis vel stativis ad manum  
tradantur. Regium namque militem haud  
aliud, quam arma portare assuetum. Nec  
cam hodie viarum esse conditionem, quæ  
multa secum ferre sifat. Offensi quotidiana  
eunctione Generales Ordines, Regium  
Oratorem *Hagæ* conveniunt, rogantque;  
*Pradelium* ut moneat, promptior sit in mo- *Molesti*  
vendo, & obseruantior disciplinæ militaris. *sunt*  
Queri námque Provinciarum subditos, non *Provin-*  
tantium à populationibus non abstinere auxi- *cis.*  
liares, sed ab ipsis etiam, quam hoste, pejus  
agi. Contrà miles; quod pane caruerit, bi-  
duanâ pressum inediâ cogi alimoniam con-  
quirere; Venisse ut mererent, non ut fame  
perirent. At lixx querebantur, ab auxiliari-  
bus rapi, non solvi merces. In castris ideo

Yy 2

Gallicis